

www.e-rara.ch

**Iani Damiani Senensis ad Leonem X. Pont. Max. de expeditione in Turcas Elegeia, cū
argutissimis doctissimorum virorum epigrammatibus**

**Damiani, Giano
Chalcondylas, Basilius
Constantinus Achazas
Decius Syllanus
Factius Polydorus
Foderè, Pietro
Giovio, Paolo
Delius, Hieronymus
Parrasio, Aulo Giano
Ptolomaeus, Phoebus
Soranus, Paulus
Vitalis, Janus**

Basileae, Mens Avgvsto. M. D. XV

Zentralbibliothek Zürich

Shelf Mark: III M 75,4

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-64190>

Epistola sereniss. ac invictiss. d. Sigismundi regis Poloniae, magni ducis Lituaniae, Russiae, Prussiaeque domini et
haeredis, ad sanctiss. d. Leonem X. pont. max. de victoria contra schismaticos ...

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelnformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

EPISTO

LA SERENISS. AC INVICTISS. D.
SIGISMVNDI REGIS POLONIAE,
MAGNI DVCIS LITVANIAE,
RVSSIAE, PRVSSIAEQVE
DOMINI ET HAEREDIS.

AD SANCTISS.D.LE
ONEM X. PONT.
MAX. DE VI-

CTORIA

CONI

TRA

SCHISMATICOS MOSCO,

VIOS APVD ARAS

ALEXANDRI

MAGNI

PAR/

TA.

Beatissime pater & Dñe, Domine Clemētissi-
me, post pedū oscula beatorū. Cum nō igno-
rem. V. Sanctitatē, tum ex pastoralī suo debi-
to, tum etiā ex genuīna pietate in religionis sacrosan-
ctae incrementū, magna cum uoluptate audire solere,
quādo aliquis Catholicorū Regū aduersus infideles,
aut schismaticos, inconsutilem Saluatoris nostri tuni-
cam, scindentes ac dilacerantes, Dei uirtute adiutus

E ij aliquid

EPISTOLA SIGISMVN. POL. REGIS

aliquid feliciter gerat, hinc conuenit, ut ego qui Turcum infestum, cōmunēq; Christiani nominis hostem uicinum habeam, Tartaros etiam aliasq; Transtanaitanas Scythicas gentes, numerosas, feroces, ac infideles, humeris meis, a nullo Christianorū Principū adiutus, solus sustineam, Et prāter hos omnes magnum Moschouiā ducem, cum quo nunc atrocia bella gero, Sarmatiā Asiaticā tyrannum, opibus, armis, equis, uirisq; potentē, ac multis cōtra alios uicinos suos uictorijis tumentem, blasphemū tamen ac schismaticū, Sanctæ Ro. Ec. infestissimum, hostem insolentissimū habeam, huius belli motus, & prāstitam mihi a deo uictoriā contra ipsum perfidum Moschouitam, Sanctitati uestre p̄scribam. Anno etenim exacto, fractis inter nos antea pactis, iuramentoq; firmatis fœderibus, immemor prāstitæ fidei & spreta iuramenti religionē, quā modica aut nulla in blasphemio & schismatico esse potest, dominia mea in magno Lituaniæ ducatu consistentia, exercitu multorū millium equitum bellatorum comparato, magna ui machinarū bellicarū, tormentorūq; æneorum subsequente, hostiliter iuuasit, dumq; arces aliquas graui obsidione premeret, nec propter ualida præsidiā mea quæ illic erant p̄ficeret, multis sicut anno prāterito Sanctitati uestræ significauerā, ex suis, in oppugnationibus munitorū locorum & tumultuarijs prælijs amissis, domū re male gesta nō absq; grauissimo dolore regressus erat, qui tamen iam alias sibi persuasisset armis, opibus, & potentia

DE VICTORIA CONTRA MOSCOVIOS.

tentiæ suæ cuncta esse puia, nec aliquid conatib⁹ suis
(in quo tamen deceptus erat) obstare potuisse. Aesta
te demum proxime exacta, tanq̃ ignominiā susceptā
damnaq; prioris expeditionis, & bellum nō satis pro/
spere anno præterito ceptum & gestum uindicaturus,
iterum ualidissimū exercitum cōparauit, in quo plu/
res grauis armaturæ equites inerāt, nixusq; est me cer/
tis castris exuere, & præcipue castro Smolensko nun/
cupato. Vt subinde tātō facilius totū magnū ducatū
Lituanīæ, aliāq; mea dominia bello atrociori urgere,
& totā Rubeorū Russiam sui schismatici ritus, quæ
ditionis meæ est, mihi eripere posset. Potit⁹ tandē ex
adminiculo fraudis arce ipsa Smolensko est de suis
plurimis amissis. Subinde uero insolentior factus ex/
ercitum auxit, ita ut excederet octuaginta millia ho/
minū equestriū, aususq; est sibi polliceri quod iam fa/
cile reliqua dominia mea opprimere posset. Progredi
itaq; aduersus me suū exercitum usq; ad fluuiū Bere/
sinā mandauit. At ego qui in domino deo recte spe/
rauerim, eundem fluuium exercitum meū equitatu, &
peditatu tormētisq; bellicis bene instructum, magna
celeritate trañcere imperaui, hostisq; exercitum pedē
referre, ita ut retrocedere coactus est, compulsi. Et dum
exercitus hostilis per meū arceretur, uigesima septima
Augusti particulari prælio a meis militibus pulcherri/
ma dades eidem hosti inflicta est. Alia iterum Kalen/
dis Septembris. Et ex utroq; prælio plures ac insignes
captiui mihi adducti sunt, & multi ex hostibus cæsi.

E iij Miles

EPISTOLA SIGISMVN. POL. REGIS

Miles autem meus eiusmodi uictorijs, quasi auspica-
tis præludijs accensus, ultro in pugnam ruebat. Equi-
dem uero in præsentissima clemētia dei & in iusticia,
causæ meæ cōfidens, maximā iam de orta uictoria se-
curitatem mihi pollicebar, feci magno animo meum
exercitum procedere, & stationibus hostis appropin-
quare, dumq; hostis sentiret meum exercitum sibi im-
minere, Boristenem tūc solito magis exuberantē nan-
do traiecit. Meus uero exercitus insegniter animis ad
pugnam præparatis, hostem retrocedētem sequutus
est, & similiter Boristenē, dum in re tam subita & pon-
tis faciendi potestas, & nauigia ad transportandū mi-
litem deessent, ad eam ripæ partem, in qua iam hostis
ordinatis aciebus tormentisq; dispositis, conflictum
præstolabatur, natando intrepide transmisit. Et tan-
dem deo auspice qui in se sperantes non deserit, & cō-
fundit manus filiorum alienorum, die Natali beatif-
simæ Virginis, quæ erat octaua Semptembris, cū ho-
stibus eisdem feliciter pugnavit, totumq; eundem ua-
lidissimum hostis exercitum, qui, ut præmissum est, ex
octuaginta milibus hominum fuit, comparatus, una
acie fudit fugauitq;, & tanquam uilissima pecora to-
tis campis cum fœda strage & multa cede ultra qua-
draginta millia passuum ante se egit, itaq; supra tri-
ginta milia hostium, & cæsa & summersa sunt. Castra
hostilia, plena opulenta præda, direpta, & decem præ-
cipui duces & satrapæ, & triginta septem Barones, Cō-
siliarij primores, officiales autem & armigeri nobiles
supra

DE VICTORIA CONTRA MOSCOVIOS.

supra duo milia capti, cum signis sui exercitus mihi ad ducti sunt. De meis uero deo auspice pauci desiderantur. Quamobrem hanc tam insignem & longo tempore memorandam, sed nec minus mirandam (quoniam dextera excelsi facta est) uictoriam uestre Sanctitati, pro mea in ipsam summa & eximia deuotione cognitam esse uolui, ut San. V. ex eadem iocundum atq; alacrem animum concipiat, mihiq; suo deuotissimo filio gratuletur. Quando quidem pro Sacrosancta religione, proq; sede Apostolica, & San. V. decore, ad ea quæ factu sunt possibilia semper sum paratus. Collocavi namq; magnam spem & confidentiam in V. San. erga me regnumq; meum clementia. Quoniam uero hostis ipse adeo superbus & obstinatus existit, necesse est ut tanto studiosius ipsum sine intermissione persequar, & bello urgeam, ne tam cito uires recuperet ac reparet, quandoquidem non priuatam meam, & regni mei rem nunc ago, sed totius Christianæ reipublicæ, ne tam ualidus hostis Sacrosan. Ro. Eccl. inimicus, quandoq; aduersus sanctam Ecclesiam pro ritu suo, falso, blasphemio, & schismatico inualescat. Et ut hæc mea gesta, quæ mihi ex misericordia dei feliciter euenerunt, audacter V. San. scribo, sic etiam semper audire cupio, ut Sacrosan. Ro. Eccl. uniuersalis status omni felicitate præfulgeat, atq; ut V. San. incolumē & longæuam felicemq; uitam cum Reuerentissimis

EPISTOLA SIGISMVN. POL. REGIS.

diffimis Patribus Sanctæ Ro. Ec. Cardinalib⁹ ducat.
Oratorem autem meum & res meas una mecum. V.
San. cōmendo, qui quidem orator meus V. San. tam
eā quæ gesta sunt, quoniam & gens & loca in quibus
gesta sunt hæc, sibi cognita existunt, quam alia e men
te mea planius exponet. Datum in Castris circa Bo
rifouo, decima octaua Septembris. Anno domini
Millesimo Quingentesimo Quartodecimo.

FINIS.

Vicesimo quinto Ianuarij die. M. D.

XV. a Leone Papa X. ob eā ip

sam uictoriam Deo opt.

max. *ευχαριστία*, habi

ta est, in Sixti

Sacello.